UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CXCIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

ff. de pactis. l. ſi in lege cū l. ſeq. & l. labeo. ibique ff. de contrahen. empt. & conſequenter debet fieri interpretatio, ut ipſi dicantur confeſſi ſe eſſe debitores ducatis ſeptem pro reſto computorum omnium negotiationum per antea habitarū, & ſic ēt negotiationis uini, quia hoc modo intelligendo uerba generaliter prolata dicentur cōtra ipſos Thomā, & Bartholomæum in fauorē ſer Petri interpretari. Et ex his colligitur reſpōſio adductis ſupra in cōtrarium, nam quamuis ſer Petrus eſſet obligatus reddere rationem adminiſtrationis ſocietatis uini ex iuris diſpoſitione, quia eſt ſocius, ut ſupra, & non ex cōuentione in ſcripto facto per ſer Petrum contenta, in quo non apparet ipſum ad hoc ſe ſpecificè obligaſſe, ſed ſolum ad apponendum inſtitorem expēſis ſocietatis ipſi ſer Petro, & non alij rationem reddere tenentem, ut in dicto ſcripto habetur, tamen dico ſer Petrum de omnibus computum, & rationem reddidiſſe, ut de iure tenebatur, de qua rōnis redditione, etiam de computis uini probatur ex uerbis illi in ſcripto, ducatos ſeptem pro reſto computorū habuiſſe, & per ſupra dicta. Et ita iuris eſſe concludē dum uiſum fuit. Laus Deo.

*S V M M AE.*

1 *Interdicta in ijs, in quibus intereſſe ſui natura debetur, & non intereſſe exigi poteſt.*

*Vſuræ, & intereſſe pœna quoq; promiſſa eſſet. nu. 25.*

*Mora legalis ex delicto ipſo iure commiſſa foret. num. 26.*

2 *In contractibus bonæ fidei non debetur, niſi à die moræ.*

*Quando mora committatur, & nu. 11. vbi hoc declaratur, & …*

3 *… quando quis vt inſtitor operas ſuas pro certa annua … locauit.*

4 *… conuentus, qui obtulit ſe paratū ſtare liti, et iudicio … nō dicitur per litis cōteſtationē in mora conſtitui.*

*… quomodo hoc ſit verum. num. 27.*

*… à mora propter difficultatem excuſatur.*

*… verum, & quando. num. 28.*

*… intrinſecum tantum, et non extrinſecum, nec lucri ceſſantis propter moram debetur, niſi dolus, vel culpa interuenerit, … & quale ſit iſtud intereſſe. & num. 29.*

*… etiam legitimè facta, in qua nec dies adiecta, nec locus … appoſitus fuerit, in mora conſtituit ad effectum, … ad intereſſe teneatur.*

*… hoc procedat. num. 30.*

*… ad ſortem, et intereſſe dicitur reſpectu intereſſe ad quid … obligatus, & quoad illud, niſi eo liquidato, in mora … poteſt, & num. 31. vbi hoc declaratur.*

8 *Intereſſe etiam excedens duplum veræ ſortis quando tanquam … exigi poſſit.*

9 *Negotiorum geſtor etiam ad lucra, & vſuras, quæ, & quas percipere potuiſſet, tenetur.*

10 *Vſurarum … in bonæ fidei iudicijs etiam de iure canonico à die … debetur, & quomodo.*

11 *Vſuræ … ſortem quando etiam mora non interueniente debeantur … qui pecunias alienas inuaſit, & in ſuos vſus conuertit, & quando mora requiratur.*

12 *Vſuræ inter ſolitos mercari, et negotiari loco intereſſe propter moram etiam vſque ad intereſſe lucri ceſſantis hodie etiam de iure canonico exigi poſſunt, & num. 16. & 21.*

13 *Mora ex delicto ipſo iure committitur, & maior, ac potentior … mediante interpellatione cōtingit, & quare nu. 18.*

14 *Vſuræ pecuniæ inuaſæ, & in ſuos vſus conuerſæ in ſolito mercari, … negotiari ēt duplum in odium delinquētis excedere poſſunt.*

15 *Negotia aliena gerēs, & pecuniā domini ocioſam tenēs ad vſuras quas dominus pecuniā illā exercēdo exigere potuiſſet, tenetur.*

17 *Negotia aliquorū gerere promittēs illis operas ſuas locādo ſtatim … pecunias eorū inuadat, & in vſus ſuos cōuertat, abſq; alia interpellatione moram quacunq; alia mora maiorem incidit.*

18 *Mora … ex delicto ipſo abſque interpellatione tenetur de interitu … etiam ſi res alias eſſet penes dominum peritura.*

19 *Mora ob factum, & delictum ipſo iure abſq; interpellatione commiſſa difficilius purgatur, quàm illa, quæ per interpellationem, & ob non factum commiſſa fuit.*

20 *Debitor in cōtractibus bonæ fidei propter morā cōmiſſam per interpellationē, & ob non factū ad vſuras tenetur, & propter morā ob factum, & delictū ipſo iure abſq; interpellatione cōmiſſam ad vſuras etiam, quæ loco intereſſe lucri ceſſantis debentur.*

*Maximè in creditore ſolito mercari.*

21 *Intereſſe lucri ceſſantis eſt omni iure exigibile, & duplum veræ ſortis excedere poteſt, & quatenus.*

*Et vnde hoc intereſſe proueniat.*

22 *Intereſſe damni emergentis tantum quando, et quādo et intereſſe lucri ceſſantis in cōtractibus bonæ fidei ob morā attēdi debeat.*

23 *Inſtitores ſiue ex mandato, ſiue ex contractu locationis negotia alterius exercentes adminiſtrationis ſuæ rationem reddere, & reliqua omnia ſoluere tenentur.*

24 *In redditione rationum, & ſolutione reliquorum veniunt etiam damna, ſeu vſuræ, quæ loco intereſſe à die moræ, & iuxta conſuetudinem regionis, in qua rationes exercentur, debentur.*

25 *Damna etiam ſub nomine intereſſe continentur.*

27 *L. ſi quis ſolutioni. in princ. ff. de vſur. declaratur.*

28 *Difficultas an, & quando debitorem à mora excuſet.*

*L. ratio. §. ſi per venditorem. ff. de actio. empt. declaratur.*

31 *Intereſſe conuentionale in caſu, quo quid non fieret, & conuenta non obſeruarentur, dicitur extrinſecum, & duplum excedere poteſt inter ſolitos mercari, & negotiari.*

32 *Intereſſe iure obligationis veniens quoad rerum natura eſt certum, licet quoad nos ſit incertum, & ante eius liquidationem peti, & mora commiſſa dici poteſt.*

33 *Moram non committi in liquidandis ante, quàm per iudicem declaretur, quomodo procedat.*

34 *Libellus incertus procedit, & incertum peti poteſt, quando declaratio, & liquidatio incertitudinis non eſt in poteſtate actoris, & creditoris, ſed iudicis.*

35 *Ex facto alieno, quod iuſtè ignorauit, obligari non debet.*

*Quod limitatur. num. 53.* (non debet.

36 *Debitoris mora ex eius facto, & culpa cōmiſſa fideiuſſori nocere*

*Niſi fideiuſſor in omnem cauſam, vel per verba pinguiora ſe expreſſe obligaſſet. num. 52.*

37 *Ignorantia iuſta à mora excuſat.*

38 *Fideiuſſoria obligatio alteri obligationi principalis accedit.*

39 *Intereſſe in contractibus bonæ fidei, & quod ex officio iudicis debetur, non eſt quoad principalem in obligatione, & an fideiuſſor ad illud teneri debeat, & nu. 53. vbi hoc declaratur.*

40 *Fideiuſſor nō obligatur, niſi pro ſorte, & intereſſe promiſſo, quod de præſenti deberetur.*

*Quod limitatur nu. 42. & nu. 54. vbi hoc declaratur.*

41 *Fideiuſſoris obligatio vltra ſortem principaliter debitam non augetur ex eo, qd prīcipalis obligatio ex mora ipſius aucta fuerit.*

42 *Fideiubens pro omni eo, & toto, quod ex omnibus prædictis creditor à principali debitore quouis mō habere debebit, dicitur in oēm cām fideiuſſiſſe, & non ſolum ad ſortē, ſed ēt ad vſuras, ac ad intereſſe decurſum, & decurrendum eſt obligatus.* (ris.

43 *Et nō ſolū in cōtractibus bonæ fidei, ſed ēt in cōtractibus ſtricti iu-*

44 *Fideiuſſor, qui in omnem cauſam ab initio ſpopondit, in contractibus bonæ fidei creditori ſolito negotiari ad omne damnum, & intereſſe lucri ceſſantis tenetur.*

45 *Fideiuſſor an, & quando vltra ſortem nihil præſtare teneatur, & quando etiam ad vſuras, & intereſſe teneatur.*

47 *Fideiubens in omnem caſum, ſeu cauſam quādo ad intereſſe decurſum dumtaxat, & quando etiam ad decurrendum teneatur.*

47 *Mora debitoris principalis fideiuſſori, qui in omnem cauſam promiſit, nocet eo modo, quo nocet debitori principali.* (tatē apta.

48 *Infinitas tolleratur, quādo uerba ob ſui generalitatē ſunt ad infini*

49 *Fideiuſſor promittens in omnem cauſam, vel per alia verba pinguiora ex facto proprio, & non alieno etiam ad damna, & intereſſe dicitur obligatus.*

50 *Vſura poſt moram debita ſuccedit loco intereſſe.*

51 *Intereſſe à ſolito mercari, ſeu aliàs negotiari vtroq; iure facilius exigi poteſt, quàm vſura.*

53 *Fideiuſſoria obligatio non ſolum obligationi, ſed etiam officio iu-*

*dicis nobili, & mercenario poteſt accedere, & tunc largè obligationi accedere dicitur.*

55 *Approbans perſonam, & fidem alicuius, cum quo ego cõtraxi, ad quid teneatur, ſi cõtrahens mecum damnũ mihi doloſè intulit.*

56 *Fideiuſſor quando etiam ante litem conteſtatam ad damna, & intereſſe pro reo principali teneatur.*

57 *Obligatus per certum tempus tantum etiam illo tempore finito põt quandocunq; de geſtis per eum infra illud tẽpus conueniri.*

58 *Inſtitor rõni præpoſitus ex geſtis per eũ obligatur ẽt finito officio.*

59 *Fideiuſſor in oẽm cãm per vnũ annũ tantũ an teneatur ad intereſſe ſolum infra annum illum, an verò ẽt poſt annum decurſum.*

60 *L. titius, ff. qui potio. in pign. hab. declaratur.*

61 *Stante loci diſpoſitione, quòd à ſententia, quæ concorditer, & nulla inter eos diuerſitate exiſtente ab omnibus Rotæ auditoribus ferretur, appellari non poſſit, tacita illorum concordia ex ſententia iudicum reſultans non ſufficit, ſed expreſſè, & clarè de concordia omnium conſtare debet.*

62 *In correctorijs ad inducendam iuris communis correctionem mens tacita, & ſubaudita non ſufficit, ſed verba ſpecialiter expreſſa requiruntur.*

63 *Falcidia per teſtatorem ſpecialiter, & expreſſè, & non per verba generalia debet prohiberi.*

64 *In tollendo legem fundatam in aliqua ratione à iure diuino, vel à dictamine rationis naturalis deſcendente cauſa iuſta verbis ſpecialibus expreſſa requiritur, nec illam tacitè ineſſe ſufficit.*

## EPITOME.

Ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis ultra ſortem ſtatim ipſo iure teneri eum, qui negotia alterius gerens non fecit, quod debuit, & promiſit, & pecunias domini inuaſit, ac in ſuos proprios uſus cõuertit, hic probatur.

Fideiubens pro aliquo pro omni eo, & toto, quod ex omnibus cauſis prius dictis, & ex alijs quis ab eo quouis modo habere debebit, dicitur in omnem cauſam fideiubere, & obligatus eſt etiam ad uſuras, & intereſſe etiam lucri ceſſantis, & ad omnia, & eodem modo, ad quę, & quomodo principalis teneretur.

Et à quo tempore ad damna, & intereſſe teneatur.

Et ſi uoluit, obligationem per unum annum uenturum durare debere, an, & de quibus finito anno cõueniri poſſit.

Appellatio ſi ſit prohibita à ſententia concorditer à pluribus lata, debet de cõcordia clarè, & per uerba ſpecialiter expreſſa apparere, nec ſufficit tacitè de illa conſtare.

## CONSILIVM CXCIII.

Ex facti ſerie, quæ ex ſcripturis cauſæ, & conſilijs mihi exhibitis elici poteſt, plura oriũtur dubia, ſuper quibus in pręſenti cõſultatione requiſitus fui, ut ſentẽtiã meam dicam, Primum eſt, an Laurẽtius Spinula à magnificis Gentilibus ad preces D. Bernardi Spinulę inſtitor rõni, & negotijs eorum Lugduni præpoſitus teneatur dictis Gentilibus non ſolum de pecunijs ab illis habitis, & ſub eorum nomine ab alijs mercatoribus receptis rationem reddere, & reliqua ſoluere, ſed ẽt ad dãnorum, & intereſſe lucri ceſſantis ipſorum Gentiliũ ſatisfactionem. Secũdo dubitatur, an Bernardus Spinula, qui pro Laurentio fideiuſſit, & promiſit dictis Gẽtilibus pro omni eo, & toto, quod ex omnibus cauſis prędictis, uel alijs habere debebunt à dicto Laurẽtio quouis modo cum renunciatione iuris de principali, prout in apodiſſa ſuperinde facta continetur, obligatus ſit fideiuſſorio nomine ſatisfacere dictis Gẽtilibus non ſolum de pecunijs uerę ſortis, ſed etiã de omnibus dãnis, & intereſſe etiam lucri ceſſantis. Tertio, num Bernardus fideiuſſorio nomine teneatur ad damna, & intereſſe, ut ſupra, à die litis conteſtatæ, an uerò à tempore, quo Laurentius foro ceſſit, & pecuniam Gentiliũ inuaſit, ac in ſuos uſus cõuertit. Quarto, cum Bernardus uoluerit fideiubendo pro Laurentio obligationẽ ſuam per unum annum proxi-
tantum eſſe duraturam, an ipſe potuerit ultra an-
conueniri, & an pro damnis, & intereſſe ſolum
dictum tempus, an uerò etiam poſt annum uſq;
ſententiam, uel aliud tẽpus decurſis. Quinto, an Ber-
nardus, qui à tribus ex quinque auditoribus Rotæ
damna, & intereſſe à die litis conteſtatæ citra
fuit condemnatus, ab aliis verò duobus Auditoribus
fuit à damnis, & intereſſe penitus abſolutus,
ab omnibus dictæ Rotæ Auditoribus quo
& intereſſe ante litem cõteſtatam decur
ita, ut quoad hoc intereſſe ante litem co
curſum omnes Auditores potuerint in
dici concordes, & à tali ſententia in hac par-
les ex regulis dictæ Rotæ appellare nequeant.
ad primam difficultatem, uidetur eſſe dicendum
Laurentius ultra ſortem pro ſua mala, & doloſa ad-
miniſtratione ad damna, & intereſſe, ut ſupra, no
neatur, ſed ſolum ad pœnam ſcutorum auri quin-
torum appoſitam, & conuentam, ſecundum quod in a-
1 podiſſa obligationis continetur, quia † in iis, in qui-
bus intereſſe ſui natura debetur, ſi certa pena ſta-
cta, illa ſolum exigi poteſt, & non intereſſe, cum pœ-
na loco illius, & pro eius taxatione ratione in-
certitudinis fauore creditoris adiecta dicatur, ut
onere probandi intereſſe releuetur. l. fina. ff. de præ-
tor. ſtipulatio. & §. non ſolum. Inſtit. de uerbo. oblig.
2 ¶ Secundo † intereſſe in contractibus bonæ fidei no
debetur, niſi à die morę, quæ committitur, uel inter-
pellatione extraiudiciali legitimè facta, uel litis con-
teſtatione, l. mora. in principio. cum glo. & cum §. in
bonę fidei. l. lite. ff. de uſuris. & l. uinum. cum gl. ibi
3 ſcriben. ff. ſi certum petatur. Sed † nos ſumus in cõtra-
ctibus bonæ fidei, hoc eſt in cõtractu locationis, quia
Laurentius inſtitor operas ſuas locauit Gentilibus
pro certa mercede annua ſcutorum auri centum, ut
in apodiſſa habetur, argum. l. naturalis. §. at cum do.
& l. ſi tibi polienda. ff. de præſcrip. uerbis. l. 1. §. ſi ueſti-
menta. & ſequen. ff. depoſi. Inſtit. de locat. in prin. &
§. fin. Inſtitu. manda. cum l. cuicunque. §. item fullo-
nũ. & §. ſed & cum fullo. & l. 3. ff. de inſtito. ergo Lau-
rentius non potuit ad intereſſe conueniri, niſi poſt-
quam in mora conſtitutus fuit, & ſic poſtquam fuit
ad ius uocatus, & cum illo lis conteſtata, cum antea
4 legitimè interpellatus non reperiatur. ¶ Tertio † quã-
do debitor iudicialiter cõuentus obtulit ſe paratum
ſtare liti, & iudicium ſuſcipere, tunc etiam per litis
conteſtationem nõ dicitur in mora conſtitui. l. ſi ꝗs
ſolutioni. in prin. cum gl. ff. de uſuris. & ideo ẽt à die
litis conteſtatæ ad intereſſe nõ tenetur p̄ p̄dicta. Sed
Laurentius obtulit ſe paratũ ſuſcipere iudiciũ, & ſta-
re liti, ac oĩ tempore ſortem debitam ſoluere, ſi
facultas ſoluendi eſſet, ergo à mora excuſatur. l. ſe-
rõ. §. ſi p uenditorẽ. ff. de actio. empt. iunctis iis, quæ
Salic. in d. l. uinum. per tex. in d. l. ratio. ꝙ ille, qui ad
quantitatẽ tenetur, à mora propter difficultatem ex-
5 cuſatur. ¶ Quarto † etſi Laurentius fuit in mora per
litis conteſtationẽ, uel prius per legitimam interpel-
lationẽ iuxta notata per glo. in d. l. mora. in prin. & in
d. l. uinum. tamen ipſe debet ſolum teneri ad intereſ-
ſe, quod eſt circa rẽ, quod appellatur intereſſe intrin-
ſecũ (quod aũt, & quale ſit hoc intereſſe, recurrendum
eſt ad notata per Bar. & alios in l. unica. C. de ſente.
quę pro eo, quod intereſt) non autem ad intereſſe ex-
trinſecum, nec lucri ceſſantis. l. ſi ſterilis. §. cũ per uen-
ditorẽ. ff. de actio. empt. niſi dolus, uel culpa interue-
nerit. l. iulianus. in princip. & ibi glo. & §. in his. eo
titu. ¶ Quinto & ſi dici poſſit, Laurentiũ fuiſſe inter-
6 pellatum ad ſoluendum, † tamẽ ex quo in interpella-
tione

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tione nec dies fuit adiecta, nec locus ſolutionis appo
ſitus, et tali interpellatione ēt legitimè facta non po-
tuit dici in mora conſtitutus ad effectum, ut ad inte-
reſſe teneatur. l.aut qui aliter. §.1. ff. quod vi, aut clā.
l.1.& l.fi.C.de diſtrac.pig.& Alex.in conſi.90.ī fi. lib.
7 Preterea † is, qui ad ſortē certam, & intereſſe tene
tur quāuis ratione ſortis dicatur ad quid certū obli-
gatus, tamen reſpectu intereſſe ad incertum tenetur.
& ſic aūt nō apparet.§. qui ſortē. ff. de uerb.obli.ergo
quoad intereſſe nō potuit dici in mora, niſi poſtquā
per iudicem fuerit liquidatum, Bal.per illum tex. in l.
in ſolidum.C.de diſtrac.pign.& in l.acceptā.in 6. op
poſi.C.de uſur.per l.2.C.de uſur.& fruc. rei lega.& ha
betur in l.quod te.ff.ſi cer.peta.& conſequenter Lau-
rentius ante liquidationē intereſſe factam per iudicē
non poterat ad intereſſe conueniri, ſed ſolū ad ſortē,
quia ubi non eſt mora, ibi non eſt petitio.l.nulla.ff.de
reg.iur.Bar.in l.ita ſtipulatu s.la grande.ff.de uerbo.
oblig.& habetur in d.l.quod te.¶ Sed præmiſſis, & q-
buſcunque aliis minimè aduerſantibus, ueriſſimū de
iure eſſe arbitror, ꝙ Laurētius ex ſua promiſſione, ac
ēt ex inuaſione pecuniæ dicitur eſſe obligatus non ſo
lum quoad ueram ſortē, ſed ēt quoad damnum, ſeu
intereſſe, quod Gētiles ſunt paſſi in ſoluendo uſuras,
& intereſſe creditoribus, à quibus Laurentius in nun
dinis, & feriis Lugduni, aliorumq́; locorum maximā
pecuniarū quantitatem ſub cambiis Gentilium noīe
recepit, ēt quod illud damnū, ſeu intereſſe duplū ue-
8 morūs excesserit, nam † huiuſmodi intereſſe, quod
Gentiles dictis creditoribus ſoluerunt, poſſunt à Lau
rentio tanquam ſortē exigere, arg.c.peruenit.cum gl.
ibique Abb.& Io.de Imo.extra de fideiuſ.Bal.in l.cū-
ctos populos.col.3.C.de ſumma trin.& fid.cath.& o-
ptimè probatur arg.l.ex contraria.cum gl.ff.de uſuris
ſed nulli dubium, ꝙ Laurentius tenetur ad ſortē, et
ſic & ad illud intereſſe, quod Gentiles dictis credito-
9 ribus ſoluerunt.¶Secundo † Laurentius, qui Gētiliū
negotia geſſit, tenetur ēt ad lucrū, ſeu ad uſuras, quas
potuiſſet lucrari, & percipere ex pecuniis, quas à Gen
tilibus, & ab aliis eorum nomine habuit.l. at qui natu
ra.§.non tantum.ff. de neg. geſt. quia † in bonæ fidei
iudiciis, quale eſt iudicium negotiorū geſtorū ationē
uſurarū à die moræ haberi certum eſt.l.2. l.in bonæ fi
dei.C.de uſuris.& l.curabit.C.de actio.emp. quod ue
rum eſt ēt de iure canonico, ut per glo.ibi, & in d.l.2.
Quæ uſuræ in ſolito negotiari duplū, & eatenus, qua-
tenus lucrari quis potuiſſet, excedere poſſunt, ut in-
fra dicetur, & arg.l.ſocium.in prin.ff. pro ſocio.gl. &
Abb.in c.conqueſtus.de uſuris. in c.cum uenerabilis.
col.3.de excep.& in c.per ueſtras.de dona.inter uir.&
uxor.& hoc modo arguendo in ſimili utitur Bar.in l.
centum.col.penul.ff. de eo, ꝙ certo loco. iunctis iis,
11 quę dixit in l.3.§.nunc de officio.eo.ti.¶Pręterea † ex
quo Laurentius foro ceſſit, & pecunias Gentilium in
uaſit, ac in ſuos uſus conuertit, teneri dēt nō ſolū ad
reſtituendum ſortē, ſed etiam ad uſuras, mora non in
terueniente.l.1.§.1.ff.de uſuris.ubi caſus.Et quamuis
allegetur in contrarium tex.in d.l.ſociū.in princ. ubi
uſuræ nō debentur, niſi à die moræ ratione intereſſe,
ut inquit ibi gl.tamen pro ſolutione dicendum eſt, ꝙ
aut ſumus in caſu, in quo quis pecunias alienas, ſiue
communes ſine delicto exercet, & tunc ad uſuras nō
tenetur, niſi quatenus interſit à die morę.d.l.ſocium.
aut mediante delicto pecunias alterius exercuit, ſeu
inuaſit, & tunc abſque interpellatione, & ſic abſque
mora, quę per interpellationem committitur, domi
no ad omne damnum, & intereſſe etiam lucri ceſſan
tis tenebitur ex quadā mora legali, quę ipſo iure ſta-
tim à die delicti, & inuaſionis cōmiſſa fuit.d. l. 1. §.1.
& licet hodie uſuræ non ſint exigibiles, ut inquit glo.

in d. §. non tantum, & habetur in l.cunctos populos.
C.de ſumma trinita.& fid.catho. cum ſimili. tamen
22 † quando ſumus inter ſolitos mercari, & negotiari,
poſſunt à die morę peti uſuræ, quæ ſuccedunt loco in
tereſſe ēt lucri ceſſantis.l.quamuis.in fi. cum l. ſeq.ff.
de pign.actio.&, ut ſtatim dicetur, quamuis mora re-
gulariter propriè dicatur per interpellationē extraiu
dicialem, uel iudicialem committi, ut dictum fuit, ta
13 mē † etiam ipſo iure committitur ex delicto puta fur
ti, uel inuaſionis illicitæ: quæ mora maior, durior, po
tentiorq́; eſt illa, quæ mediante interpellatione con-
tingit, per ea, quæ inferius ſtatim dicentur. Et hac de
cauſa is, qui pecuniam inuaſit, etiam ad uſuras pecu-
14 niæ inuaſæ tenetur, ut in dicta l.1.§.1. Quæ † uſuræ in
odium delinquentis inſolito mercari, & negotiari ēt
duplum excedere poſſunt.l.qui ſemiſſes.in prin.ff. de
uſuris. cum aliis infra dicēdis. Accedat ad hęc, quòd
15 † ſi ille qui negotia aliena gerit, & pecuniam domini
ocioſam tenuit, ad uſuras tenetur, quando dominus
pecuniā ſuam exercere ſolitus erat.d.l.qui ſemiſſes.§.
fi.à contrario ſenſu, ergo à fortiori teneri dēt, ſi pecu
niam domini inuaſerit, ac in ſuos uſus conuerterit, &
propterea etiam ad illas uſuras tenebitur, quas domi
nus ſolitus negotiari exigere potuiſſet, ne melioris
cōditionis ſit ſtultus, quàm peritus, & inuaſor, quàm
bonæ fidei negotiorum geſt. ar. l.ſeruius.ff. qđ ui, aut
clā.& has uſuras pecunię īuaſæ tenebit̄ ex dicta mora
ſoluere, non ut meras uſuras, quæ hodie, & de iure ca
nonico ſunt prohibitæ, ut inquit gl.in d.§.non ut tan
tum.ſed ut intereſſe propter moram ipſo iure incur-
16 ſam.† Quæ uſuræ hodie etiam de iure canonico in ſo
litis mercari, & negociari ſunt debitę, & exigibiles, vt
dixi, uſque ad intereſſe etiam lucri ceſſantis, arg. d.l.
ſocium.in principio. & d.l. qui ſemiſſes. glo. & Abb.
in d.c.conqueſtus.in d.c.cum uenerabilis.& in d. c. ꝑ
ueſtras.& Inno.in c.ſacro.de ſenten.excommunicat.
cum aliis ſupra allegatis.¶ Tertio principaliter, ut iā
17 dixi, † Laurentius, qui Gentilibus fidem ſuam dedit,
& promiſit ſe nomine illorum negotia exercere bo-
na fide illis operas ſuas locando, de cuius contractus
locati natura eſt, ut bona fides inter contrahentes ſer
uetur.l. bona fides. ff. depoſiti cum ſimilibus. ſtatim
quo contrarius fuit bonę fidei aufugiēdo, & pecuniā
dominorum ſuorum inuadendo, ac in uſus ſuos con
uertendo, abſque alia interpellatione moram, ut ſu-
pra, incidit, & maiorem quacunque alia mora. l. 1. §.
rectiſſimè, & l.merito.in finalibus uerbis.ff.de ui, & vi
arma.l.in re furtiua.in fi.& l.fi.ff.de condic.furt.l. fin.
cum aliis ibi no.C.de condic.ob turpem cau.Alex.&
alii in l.quod te.colu.4.ff.ſi cer.pet.poſt gl.in d.l.mo-
18 ra.ff.de uſuris.& iō † hæc mora in hoc alia quacunq;
maior, & potentior eſſe dicetur, quia facit moroſum
teneri de īteritu rei, ſiue res aliàs eſſet penes dominū
peritura, ſiue non, ut in d.l. 1.§.rectiſſimè. & d.l. fi.gl.
ī d.l.merito, ibiq́; Bar.l.illud, & arg.l.itē uidēdū.ī prī.
ff.de petitio.hered.& prout not. ꝑ glo.in d.l.mora. in
19 prin.† Difficilius etiam hęc mora purgatur, quàm il-
la, quæ per interpellationem, & per non factum com
miſſa fuit, ut infertur ex uerbis Bar.in l.ſi inſulam.q.6.
ff.de uerb.oblig.& Fran.de Are.in conſi.157.incipiē.
in Chriſti nomine, &c. uiſis diligenter narratis, circa
20 finem.Ex quibus infertur, ꝙ † ſi ob moram, quæ pro-
pter non factum, & per interpellationem committi-
tur, debitor in cōtractibus bonæ fidei tenetur ad uſu-
ras, quæ actione, uel officio iudicis peti poſſunt. d. l.
mora.§.in bonæ fidei, & no.per glo. in d.l. ſocium in
prin.d.l.uinum.d.l.quod te.cum ibi no.& cum ſi.iam
allegatis: ad hoc, ut hac mora ipſo iure commiſſa, ma
gis dicatur obligari ad illas uſuras tenebitur, quæ lo-
co intereſſe lucri ceſſantis debentur, quod maius, &

grauius cenſetur, quàm intereſſe damni emergentis,
alioquin hęc mora non diceretur maior, nec plus, q̃
mora, ut uoluit Aret. in d. conſi. in finalib. uerb. & col
ligitur ex iis, quæ uoluit Bar. in d. l. 3. §. nũc de officio
circa finem, & in d. l. vnica. circa finem. C. de ſenten.
quæ pro eo, quod intereſt; & uidetur probari in d. l.
1. §. 1. ff. de uſuris. & præſertim quãdo creditor eſſe ſo
litus mercari, & pecunias ſuas exercere, nõ autẽ ocio
ſas tenere, ut concludunt Bar. & ferè omnes. in d. l. v-
nica circa finem. argu. d. l. qui ſemiſſes. §. 1. & Bart. in
d. §. nunc de officio. & hoc arg. in ſimili utitur Barto.
poſt Petr. in d. l. centum col. 3. in fi. ff. de eo, quod cer-
21 to loco. Quod † intereſſe lucri ceſſantis duplum ueræ
ſortis excedere poteſt, ut habetur per Bar. ĩ d. l. unica.
& in d. §. nunc de officio. & Inno. in d. c. ſacro. Et hoc
intereſſe eſt illud, quod prouenit ex re, & plus ex indu
ſtria hominis, ut mercatoris, & alterius ſoliti negotia
ri, Bal. in d. l. unica col. 8. quod eſt omni iure exigibile.
arg. l. ſi in lege. §. ſi colonus. & in l. ſi feudum. §. fi. ff. lo
cati. d. §. nunc de officio cum gl. & Barto. ibi. & in d. l.
unica col. 9. Abb. in d. c. conqueſtus, & in d. c. cum ue
nerabilis cum aliis præallegatis, & dicit Barto. ibi, ꝙ
hoc intereſſe lucri ceſſantis poteſt duplum excedere,
& eatenus, quatenus ex argumentis, & aliis oſtendi
poteſt, creditorem potuiſſe lucrari, & præcipuè quan
do hoc intereſſe debetur ex mora, quæ ipſo iure ex de
licto committitur, ut ibi per eum, quem alii commu-
niter ſequuntnr, ueluti atteſtatur Aret. in d. conſ. 157.
Ex his itaq; patet, ꝙ intereſſe lucri ceſſantis poteſt le-
gitimum modum intereſſe, & uſurarum excedere.
¶ Non obſtat. l. ſi ſterilis. §. cum per uenditorem. ff. de
actio. empt. ubi huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis ẽt
in contractibus bonæ fidei in conſideratione eſſe nõ
debet, ſed ſolum intereſſe commune, damniq; emer
22 gentis, ut ibi, quia reſpondetur † illum tex. loqui in eo
qui non eſſet ſolitus mercari, ſeu negotiari, Bar. in d.
§. nunc de officio. in finalib. uer. & in d. l. unica. item
loquitur ille tex. de intereſſe, quod regulariter ex mo-
ra in contractibus bonæ fidei debetur, aliud uerò eſt
ĩ intereſſe, quod debetur ratione delicti, & ſic ex mo
ra, quę ex delicto, & malefacto ipſo iure cõmittitur,
ut per Bar. in d. l. unica col. 4. & 9. circa finem. & Aret.
in d. conſi. cum aliis ſimilibus. ¶ Rurſus cum Genti-
les conſueti ſint pecunias ſuas exercere, illasq; ocio-
ſas non tenere, ſi Laurentius, qui eorum negotia ge-
rebat, pecunias illorum ocioſas tenuiſſet, utique ipſis
Gentilibus obligatus fuiſſet ad damna, & intereſſe,
ſeu ad uſuras maximas, quæ loco intereſſe debentur.
argum. d. l. qui ſemiſſes. §. 1. iuncta glo. in uerbo ex cõ
ſuetudine, ergo à fortiori debet ad omne Gentilium
intereſse teneri, foro concedendo, & pecunias domi
norum inuadendo, illasque in ſuos uſus conuerten-
do, cum hæc maior mora dicatur illa, quæ in tenen-
do pecunias ocioſas committitur, ut optimè proba-
tur ex prædictis, & hoc expreſsè uoluit gl. fi. in d. l. qui
ſemiſses. §. fi. & arg. d. l. 1. §. 1. & l. idemque. §. ſi procu-
rator. ff. manda. Ex quibus omnibus clarè infertur, ꝙ
ad conſtituendum dictum Laurentium in mora ad
effectum uſurarum, & intereſse non debuit expecta-
ri extraiudicialis interpellatio, nec etiam iudicialis,
quæ fit per litis conteſtationem, cum à die fugæ arre
ptæ, & inuaſionis pecunię ſtatim, & ipſo iure dicatur
in mora conſtitutus quoad omnem effectum moræ
magis, quàm ſi extraiudicialiter, uel iudicialiter fuiſ-
23 ſet interpellatus. ¶ Vltimo † inſtitores, qui ex manda
to, uel ex ɔ̃ctu locationis negotia alterius exercuerũt,
tenẽtur ſuæ adminiſtrationis rationem reddere, & re
liqua omnia ſoluere. l. 2. ff. de negotiis geſtis. & argu.
l. 1. §. officio, & ibi Bar. l. 2. & l. 4. in fi. cum ſequen. ff. de
tutel. & ratio. diſtrah. Specul. in titu. de inſtrumẽ. edit.
§. nunc uerò aliqua colum. 17. uerſic. ſed an ſ[illegible]
iuncta l. cum ſeruus. & l. quamuis. ff. de cond. &
ſtratio. & l. non ſolum. §. is, qui. ff. de libera. lega. &
24 aliis pluribus. Sed † ſub redditione rationũ, & reli
rum ueniunt etiam damna, & intereſſe, ſeu
quæ ſunt loco intereſſe, & debentur à die moræ, &
cundum quod in regione, qua rationes exercen
eſt conſuetum. d. l. quamuis. in fi. cum l. ſequen.
cta. d. l. idemq;. §. ſi procurator, & Alex. in conſ.
lum. 4. Quare cum Laurentius fuerit à Gentilibus
ſtitor deputatus mediante contractu locationis cum
certa mercede annua, & is pecuniam dominorum
uaſerit, atque rapuerit illam in ſuos uſus
do, potuit etiam ultra intereſse conueniri
plum totius uerę ſortis. l. ſi negotia. ff. manda
enim pęnalis deuoluitur in actione bonę fidei,
dati, ſeu negotiorum geſtorum, uel locati, ut ha
betur per gloſam, & ſcribentes. ¶ Non aduerſa
modo illa, quę ſupra ex aduerſo dicta fuerit, &
mis, ꝙ non eſt locus petitioni damnorum, & in
ſe, ſeu uſurarum, quæ in locum intereſse ſucced
cum pro parte Laurẽtii certæ pecuniæ pœna pro
ſa fuerit. argum. §. non ſolum Inſtitut. de uerbo.
& l. fin. ff. de prætor. ſtipulatio. quia pro reſponſi
25 eſt animaduertendum, ꝙ † Laurentius principaliter
promiſit, & ſe obligauit Gentilibus ad plura, quæ p
tim in faciendo, & partim in non faciendo conſiſte
bant, & ſi aliter ſequeretur, quia ipſe facienda no
fecerit, & non facienda fecerit, & ex hoc damnu
rationi Gentilium contingeret, ipſe Laurentius pro-
miſit Gentilibus damni reſarctionem, & ultra ſolue
re illis ſcuta quingenta, ut apertè ex apodiſſa conuen
tionis apparet: quæ damna etiam ſub nomine inte
reſſe continentur, ut colligitur ex iis, quæ habentur
in d. l. unica. ibique Bartol. Bald. & alii poſt gloſam
C. de ſenten. quę pro eo, quod intereſt: & ultra inte-
reſſe, & damna ſimiliter quingenta loco pœnę ab eo
promiſſa fuerunt, quæ propter moram debentur, &
peti poſſunt, uidelicet ſi Laurentius fuerit in mora
faciendi, uel non faciendi reſpectiuè. d. §. fi. & d. l. fi.
& l. ſtipulationes non diuiduntur uerſicu. celſus cum
§. ſequen. uſque ad finem. l. cum quid. & l. continuus.
§. penultim. ff. de uerborum obligatio. Sed Lauren-
tius promiſſa non obſeruauit, nec adimpleuit ea, quę
facere promiſit, ergo non ſolum potuit conueniri ad
ſcuta quingenta loco pœnæ promiſſa, ſed etiam ad
damna, & intereſſe, cum utrunque in caſu contrauen
tionis promiſerit, argumento eorum, quæ habentur
in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, & c. Raynutius
de teſtamen. ubi teſtator per illa uerba Alterochæ fi
liæ ultra dotem, quam ei dederat, domum, & qu
dam hortum eodem teſtamento relinquens
tur filię utrunque reliquiſſe, dotem uidelicet,
& hortum. l. ſi ſic. ff. de legatis. 3. ſecundum glo
d. cap. Raynutius. in uerbo dotem, quam omnes
bentes ſequuti fuerunt, & ibi ego latius dixi. Damno
rum autem appellatione in caſu, de quo agitur, ob di
ctam moram intereſſe etiam lucri ceſſantis in ſolito
negotiari contineri poteſt, ut ex prędictis colligitur.
26 Præterea † ultra moram in non faciendo, uel facien
do reſpectiuè per Laurentium commiſſam ipſe in
currit aliam moram maiorem, quæ legis eſt, ea uide
licet, quæ ipſo iure ex delicto, & inuaſione, ſeu furto
& rapina pecuniæ commiſſa fuit, propter quam co
ueniri potuit non ſolum ad pœnam legis, ſed etiam
ad damna, & intereſſe quoque lucri ceſſantis, quæ
ſub nomine uſurarum poſt talem moram contin
poſſunt. argumento d. l. ſi negotia cum glo. ff. man
dati cum aliis ſupra latè deductis. Et ex his ceſſat p
mum fundamentum.

Secun

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Secundum motiuū ex ſuperius dictis ſublatū eſſe apparet, quoniā licet ſimus in cōtractibus bonæ fidei tamē Laurentius cōdemnandus eſt ad omne intereſ ſe ratione moræ legalis ex delicto, & ſuo male geſto, expilando, & pecuniā Gentilium inuadendo, expilan- do, & in ſuos vſus mala fide cōuertendo in graue dolo- rum ſuorum damnū, & p̄iudiciū, ilico, & ipſo iu re cōmiſſæ, vt iam dictum fuit. ¶Nō obſtat tertiū, q̄ Laurentius nō potuit dici in mora conſtitutus p in terpellationē, nec p litis conteſtationē, ex quo ſe para tum obtulit litem, & iudicium ſuſcipere. arg. l. ſi quis ſolutioni. in prin. cū glo. ff. de vſuris. ac etiā obtulit ſe paratū ſortem debitā ſoluere, ſi facultatē ſoluendi ha beret, propter quā oblationē incurſum moræ euitaſſe dici- tur. l. ratio. §. ſi per venditorē. ff. de actio. empt. & ideò ad intereſſe ēt à die litis conteſtatæ conueniri nō po- 27 teſt. Omnium prædictis iuribus reſpondetur, & primo † tex tum in d. l. ſi quis ſolutioni. q̄ procedit, qn̄ ille, qui ſe obtulit paratum litem ſuſcipere, nōdum fuerat in mo ra cōſtitutus, & iuſtā litis cauſam habuit, ſecus ſi iam fuerat in mora cōſtitutus, quoniā poſtea offerēdo ſe iudiciū ſuſcipere, non potuit morā purgare. l. fi. ibiq; Paul. de Caſtr. expreſſè. ff. de cōdict. furti. At Lauren- tius iam fuerat in mora cōſtitutus per delictum ab eo cōmiſſum inuadendo, & exportando pecuniā Genti- lium. d. l. fi. cum alijs ſupra allegatis, ergo moram hoc modo purgare nō potuit, ueluti optimè Paul. de Caſt. in d. l. fi. ita diſtinguit. Præterea ſi Laurentius nondū fuit in mora conſtitutus, quomodo poteſt morā eui- tare, offerendo, ſe paratū liti, cū iuſtā litigādi cauſam non habuerit? Niſi diceremus, q̄ furādo, ſeu pecuniā alienam inuadendo ipſe iuſtam litigandi cauſam cō- tra Gētiles habuerit, quod ſanè fatuum eſſe dicere, & cōtra d. l. fi. cū d. l. merito. ff. de vi, & vi arma. vnde cō- 28 ſtat textum in d. l. ſi quis ſolutioni parum, aut nihil fa- cere. † Textui autem in d. l. ratio. §. ſi per venditorem. poteſt reſponderi ex mente Bart. cuius opinionē de- fendit Alex. in d. l. uinū. col. 5. & 6. qui dixit, q̄ debitor quantitatis ob difficultatem à mora non excuſatur p incendium. C. ſi cert. pet. & huic meæ intentioni op timè inſeruit diſtinctio Pauli de Caſt. in d. l. uinum. in illo mēbro, qn̄ creditor nunquā fuit à debitore in mo ra conſtitutus, & creditori tempore obligationis no- tū nō fuit difficultas ſoluēdi, nā tunc difficultas debi- toris illū à mora nō excuſat, & hic eſt caſus noſter. Pręterea quando difficultas prouenit ex iuſta cā, puta ob incendiū, uel aliā iuſtā cauſam, tūc excuſat à mora. d. §. ſi per venditorē. c. ſignificante. extra de pignor. & l. ſi reſiduum. in fi. ff. de vſuris. ſecus ſi non prouenit à iuſta cauſa, nam tunc difficultas à mora non excuſat. Sed Laurentius ſi fuit in aliqua difficultate (quod nega- tur, cum dolo malo pecunias alienas exportauerit, arg. d. §. ſi per venditorem. cum gl. in ver. præſertim) in illā incidit culpa, immo dolo ſuo, ut ſupra, igitur nō poteſt aliquo modo per eam excuſari, ut ibi traditur per Alex. ¶Adde, q̄ Alex. in d. l. uinum. col. 6. inquit, textum in d. §. ſi per venditorem nihil facere, ſi in- telligatur, prout gloſ. ibi illum intelligit, cuius in- tellectus eſt communis, & uerior, ut intelligatur de difficultate proueniente ex parte creditoris, ob quam pecuniam ſibi debitam accipere non potuiſſet, nam tunc debitor à mora excuſatur, ſi obtulerit ſe pa- ratum omni tempore pecuniam debitam ſoluere: ſecundum quem intellectum ille text. nihil facit, cum in caſu noſtro difficultas recipiendi pecuniam debitam nunquam ex parte Gentilium adfuerit. Et hoc eſt, quod uoluit Alexand. in d. l. uinum. dicens, illum text. nihil facere. Rurſus text. in d. §. ſi per ven- ditorem. loquitur, quando dubitaretur, an ob difficul tatē Laurentius excuſaretur à mora, quæ per interpel lationem hominis cōmittitur, at in caſu occurrenti iam ante moram cōmiſſam, ſeu per interpellationē hominis cōmittendam à die, quo cum pecunijs Gen tilium aufugit, fuerat conſtitutus in mora legali ipſo iure cōmiſſa, fruſtra igitur dubitatur, an per interpel- lationē fuerit in mora conſtitutus, ex quo iam antea in mora legali erat conſtitutus, quæ maior eſt quacū que alia hominis mora, veluti eſt etiam de mente gl. in d. §. ſi per uēditorem. in ver. vel quo. in verſi. tu dic, ubi conſiderat, an ab initio tēpore cōtractus debitor fuerit in mora, ut quia ſic conuentū fuerit, nā tunc fit æſtimatio, quanti plurimi res fuerit à die moræ com- miſſæ ab initio ꝯctus, ſi tunc mora fuerit cōmiſſa, aut à tempore interpellationis, ſi in mora prius non fuit. ¶Non aduerſatur quartū motiuum, q̄ ſi Laurentius debet dici ad intereſſe obligatus à die moræ cōmiſſæ per interpellationē hominis extraiudicialem, uel iu- dicialē, ſolū debet teneri ad intereſſe, quod eſt circa rē, & qđ eſt intrinſecū, nō aūt ad illud, quod eſt extra rē, quale eſt intereſſe dāni emergentis, & lucri ceſſan tis. d. l. ſi ſterilis. §. cum per uenditorē. quoniam & ſi huic textui in d. §. cum per uenditorē. fuit ſupra reſpō

29 ſum, tamen illa reſponſio corroboratur, q̄ † text. ille procedit, qn̄ dolus, uel culpa debitoris nō interuene- rit, illis enim interuenientibus ad intereſſe extra rem tenebitur. d. l. iulianus. in princ. ibiq; gl. & in §. in his. ſed in caſu, de quo agitur, non ſolū culpa, ſed etiā do- lus malus, & peſſimus Laurentij interuenit. argum. d. l. fi. ff. de condic. furti d. l. 1. §. rectiſſimè. & d. l. meri to. ff. de ui, & ui arma. l. inter ſtipulantem. §. penul. ff. de verb. oblig. cum aliis pluribus ſupra allegatis, er- go ipſe tenetur ad ſatisfactionē intereſſe dāni emer- gentis, & lucri ceſſantis, quod à creditore ſolito mer cari exigi poteſt, ut iam pleniſſimè dictū fuit. ¶Quin to non aduerſatur id, quod voluit Alex. in conſil. 90. in fi. lib. 5. q̄ Laurentius non debet ad intereſſe teneri rōne moræ, ex quo in interpellatione de ſoluendo ei facta dies certus, & locus, in quo ſolutio eſſet facien- da, non fuit adiectus. arg. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod ui aut clam. cum aliis per eum allegatis, & Bar. in l. cū filius. in fi. ff. de uerb. obli. quia ex p̄dictis reſpōſio col

30 ligitur, videlicet † contenta in hoc motiuo procede- re ad cōſtituendum debitorem in mora hominis, ſe- cus ad conſtituendum in mora legis, quæ ex delicto ipſo iure ſtatim committitur, & hac de cauſa dr̄ ma- ior, & potētior mora, in qua nec interpellatio, nec ap poſitio diei, & loci requiritur, ut omnia patent per iā dicta. ¶Non obſtat ultimum motiuum, in quo pro parte Laurentij fit tota uis, q̄ ipſe quoad intereſſe ali- quod non potuerit dici in mora conſtitutus, cum il- lud fuerit incertum, & non liquidum, per not. à Bart. in l. acceptā. in 6. apoſ. C. de uſuris. & in l. ſi reſiduum. C. de diſtrac. pigno. nam huic fundamento poteſt re- ſponſum accommodari, q̄ hoc intereſſe in caſu iſto petitum eſt conuentionale, & iure actionis exigitur, quia Laurentius in caſu, quo ipſe non faceret, & non obſeruaret conuenta dictis Gētilibus, promiſit dam- na, & ultra quingenta, ut in apodiſſa. Ex quibus duo

31 inferuntur, primum, q̄ † hoc intereſſe dr̄ extrinſecū, & duplum excedere pōt eatenus, quatenus pōt dici intereſſe, ut per Bart. in d. l. unica. col. 2. & 7. & melius in 9. per d. l. iulianus. in princ. cum l. 2. in fi. ff. de eo, qđ certo loco. & hoc, qn̄ ſumus inter ſolitos mercari, & negotiari. d. l. 2. in fin. & per Bart. in l. non utique. §. nunc de officio. eo. tit. & in d. l. unica. col. 9. Secundū

32 infertur, q̄ † licet intereſſe, quod uenit iure obligatio nis, quoad nos videatur incertū. d. l. ubi autem. §. qui ſortem. tamen quoad rerum naturam dicitur eſſe cer tum. Bar. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. colum. vlti. ff. de verborum obligat. quo fit, ut poſt moram

pet.

peti poſſit, & in libello deduci, quia ea, quæ per rerũ
naturam ſunt in ſe certa, nõ morãtur obligationem,
nec eius petitionem, quamuis apud nos ſint incerta,
vt in tex. in §. conditiones. in fi. uer. Inſtit. de verborũ
obliga. & faciũt not. per Bart. in d. l. unica. circa penu.
col. Vnde licet in caſu noſtro, in quo Laurentius fuit
in mora, & plus, quàm in mora per ſupradicta, fuerit
obligatus ad damna, & intereſſe, quæ ſunt quoad nos
incerta, ſed quoad rerum naturã certa, tamen nõ ob-
ſtante huiuſmodi incertitudine, & ante illorum liqui
dationem modo potuit dici commiſſa, & huiuſmodi
damna, ac intereſſe peti potuerũt, ut colligitur ex de-
ductis per Bart. in d. l. unica in antepenul. col. & facit
tex. cum gl. in l. ſi libertos. ff. de oper. liber. Nec refra-
33 gari videntur ea, † quæ voluit Bal. in d. l. acceptam. &
in d. l. ſi reſiduum, cuius verba ſunt hæc, in liquidãdis
non contrahitur mora ante, quã per iudicem declare
tur. l. 2. C. de vſuris, & fructi. lega. nam procedunt quo
ad debitum principale, quod eſſet incertum, non au-
tem quoad intereſſe, qđ iure actionis venit in conſe-
quentiam principalis debiti, quoniã tunc ſufficit te-
ſtatorem fuiſſe in mora ad effectũ, ut peti poſſit, iuri-
34 bus ſupra allegatis. Præterea † quando declaratio, & li
quidatio incertitudinis non eſt in poteſtate credito-
ris, ſed iudicis ex deductis, ſeu deducendis coram ip-
ſo, tunc procedit libellus incertus, & incertum iſtud
peti poteſt; ſecus ſi liquidatio eſſet in poteſtate acto-
ris, ut ſignanter voluit Bart. in d. l. ſtipulationes nõ di-
uiduntur. colum. vltim. & ex his vltimum motiuum
ſublatum eſſe videtur. ¶ Aggredior ſecundum articu
lum, in quo tota ferè difficultas præſentis conſultatio
nis reſidere videtur, num Bernardus Spinula fideiuſ-
ſorio nomine dicti Laurentij teneatur ipſis Gentili-
bus non ſolum ad ſortem, ſed etiam ad omnia dam-
na, & intereſſe quoque lucri ceſſantis, cũ Bernardus
